

14
1757, 12
32
FACULTATIS IURIDICÆ
IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE
ERFORDIENSI

DECANVS,

CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

762
EMINENTISSIMI AC CELCISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSTI-
LIARIVS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PRO-
FESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
PRIMARIVS ET STNDICVS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad L. 18. C. famil. Ercisc.

ET

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DE

RECTO ET LEGITIMO VSV DECI-
DENDI CASVS SECVNDVM AVGVMEN-
TVM LEGIS, ET SPECIATIM DE APPLICATIONE
LEGIS

2. Cod. de rescindenda vendit.

AD REMISSIONEM MERCEDIS CONDVCTORI
CONCEDENDAM

A

NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
AVGVSTO DAVIDE SCHWARTZ,

LVNEBVRGENSI,

IN AVDITORIO JCTORVM MAIORI

AD DIEM IX. OCTOBRIS MDCCCLI.

HORIS CONSVETIS HABENDAS,


LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

De collectione



INSTITUTIONE
DE ANNO
CONGREGATIONE
SACRIFICII

...

...

RECTO ET CANONICO VIV. DEGI
...

...

...

...

...

...





Collationis vocabulum latissimam habet significatio-
nem, sumitur pro Exactione, Indictione, aliisque
contributionibus quibuscunque, literarum compara-
tione, juris cessione, pro assignatione sive conces-
sione beneficii Ecclesiastici, pro dilatione temporis ac nego-
tii peragendi, denique pro genere contributionis circa suc-
cessionem hereditatum, quæ præstatur ab illis, qui bona col-
lationi obnoxia ex substantia à defuncto relicta præcepe-
runt, vel ipsi acquisiverunt. BRUNNER. *iv. de collat. honor.*
C. 1. n. 9. seqq. Ultimo hoc in significato nobis proprio à
variis variè describitur, præplacet nobis illa descriptio, quod
fit actus, quo rem ab ascendentibus vel occasione horum
vivi ipsi acceptam liberi illis ascendentibus succedentes in
communem inferunt & computant hereditatem sive cohæ-
redibus contribuunt. STRUV. *d. J. C. Exercit. 37. sb. 22.* At-
que hoc conferendi jus in hæredes etiam extraneos activè &
passivè transit. BRUNN. *in L. 14. C. de collat.* fit autem talis
collatio vel realiter, quando res à defuncto accepta actu ipso
ad massam hereditatis extraditur, vel quasi, quæ scilicet non
realiter vel verè intercedit, sed fingitur intervenisse, ut si
quis remittit id, quod accepit, & permittat, ut reliqui cohæ-
redes tantundem habeant præcipuum, quantum ille jam ac-
cepit. *L. 1. §. 12. ff. de collat.* Introduxit hoc collationis jus

)(2

ab

ab initio Prætor, postmodum Responsis Prudentum & Con-
stitutionibus Imperatorum auctum & confirmatum est, id-
que ob æqualitatis conservandæ studium, ut liberi unius Pa-
rentis vel nepotes unius Avi, vel alioqui defuncto ex æquo
cognati portiones ex hæreditate defuncti æquales ferant, at-
que propter evitacionem læsionis, nam toties collatio locum
habet, quoties aliquo incommodo afficitur is, qui collatio-
nem petit interventu ejus, qui vult cum eo succedere *L. 1.
§. 5. ff. de collat.* Propterea favorabilis dicitur, adeo ut ne-
quidem dos à collationis onere excipiat. Conferunt au-
tem omnes hæredes & successores descendentes universales,
eorumque hæredes *L. 14. C. de collat.* Nepotes quoque vel
ulterioris gradus Ascendentibus succedentes non solum sibi
invicem ratione bonorum, quæ ipsi vel Pater eorum jam
accepere, collationis vinculo sunt obstricti, verum etiam
mixtim cum patris, a matris, avunculis & materteris hodie
concurrentes hæc, sicuti hæ personæ vicissim illis conferre
tenentur, *L. 19. C. de collat.* licet hæreditatem patris repu-
diaverint, quia primum locum non per se, sed beneficio Pa-
rentis defuncti tenent, adeoque repræsentationis non tan-
tum commodum, sed etiam incommodum sentiant necesse
est. *HEIG. p. 1. q. 24. n. 35.* Secus est, si nepotes soli existant,
videlicet si duorum vel trium fratrum aut fororum liberi
communis avi hæreditatem appetant, hoc casu, quia nepo-
tes proprio suo & æquali cum aliis jure ad hæreditatem avi
veniunt, separata patris sui hæreditate, avitam solum acce-
ptare & hi collationis onus recusare non prohibentur *CARPZ.
p. 3. C. II. def. 34.* Nepotes etiam nondum nati, concepti
tamen & post mortem avi editi oneri collationis, modò na-
scantur vivi, se subtrahere non possunt, attamen ab hoc one-
re immunes sunt illi, qui post avi mortem & nati & conce-
pti fuerunt, quia diverso jure utuntur, cum avum nullo co-
gnationis jure attigerint. Ascendentes verò nec veteri,
nec novo jure collationis onere gravantur, nam collatio non
alia ratione vel æquitate, quàm speciali hæredum descenden-
tium commodo & sic in gratiam eorum tantum primitus à
Prætoris clementia fuit introducta, quæ causa finalis Ascen-
dentes

dentes non pertingebat. *GVELIN. de iure noviss. lib. 2. c. 19.*
Quamvis ratio collationis sit æqualitas inter hæredes obser-
vanda, quæ etiam pro Ascendentibus militat, ratio tamen il-
la ad liberos tantum pertinet, quibus iure naturæ, quod æqua-
litatem maximè desiderat, hæreditas debetur. *L. 7. ff. de boni-
damnat.* Ascendentibus autem solummodo ex ratione com-
miserationis & ob turbatum mortalitatis ordinem *L. 15. ff. de inoffic. test.* Inter collaterales & extraneos cessat similiter
jus collationis, cum nullus horum defuncto, de cuius hære-
ditate quæritur, sed sibi acquirunt. Contra regulam tamen,
quod inter descendentes tantum locum habeat collatio, ni-
hilominus probabilis est sententia, quod, si mulier ex lege
provinciali succedat marito, mater liberis, & hi illi, æquita-
te id suadente, conferre teneantur. *BRUNN. ad L. 20. §. 1. C. de collat.* Conferenda igitur sunt bona, quæ ab aliquo Ascen-
dente, de cuius successione quæritur, sive à patre, sive à ma-
tre aliove Ascendente materni generis in liberos sunt profe-
cta *L. 17. §. L. fin. C. de collat.* Exempti tamen sunt à colla-
tione sumptus studiorum & peregrinationum intra probabili-
lem modum facti, nisi Pater eos diligenter consignaverit, &
eorum collationem expresse injunxerit, sola enim consigna-
tio, nisi iussus Patris in testamento vel alio modo accesserit,
non sufficit. *STRUV. S. I. C. Ex. 37. 16. 16. 30.* Si autem ex-
pressa voluntas Patris collationem jubeat, detrahendi sunt
sumtus in alimenta facti, quos etiam aliis filiis impendere de-
buit. *VINN. C. 13. n. 6.* Expensæ nuptiales, cum spectet ad
onus & officium probi patris liberos honeste elocare & nu-
ptui tradere, à collatione non minùs, ac vestes viles & aliã
necessaria data ad usum quotidianum exemptæ sunt, nisi in
dotem fuerint imputatæ, vel ob collationis finem specialiter
à patre fuerint consignatæ. *FINKELTH. O. 66.* quia nihil ad
filium filiamve per has expensas nuptiales pervenit, non am-
plius exant & pater eas in proprium honorem impendit; Hinc
sequitur fratres & sorores nondum elocatos, ut eis post mor-
tem Patris & matris tantum præbeatur in eisdem expensis,
quantum primogenitus, primogenitave nuptui dati acceperunt,
maxime petere posse, nisi contraria voluntas appareat ex
con/e-

conjecturis verisimilibus. *WVRMSER. O. 2. tit. 42.* vel aliter de his
parentes disposuerint vel annotaverint, tum enim inter libe-
ros aequalitatem servare voluisse praesumuntur. Quamvis
enim expensae studiorum specialiter consignatae, uti supra di-
ctum, jussu patris expresso deficiente, non conferantur, id
tamen ad expensas nuptiales, quia tantum, quantum studia
non merentur favorem, non est extendendum. *FINCKELTH. d.
O. 7. 12.* De reliquis bonis conferendis & non conferendis, in
specie de bonis castrensibus & quasi, de donationibus remun-
eratoriis, & simplicibus, & modo conferendi occasione
L. 18. C. famil. Erise. publice ex cathedra fatus discurreret

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DOMINVS


AVGVSTVS DAVID
SCHWARTZ,

Natus is Luneburgi die septimo Aprilis anno MDCCXXIX.
Patrem veneratus JOANNEM FRIDERICVM SCHWARTZ Con-
siliarium Aulicum, & Professorem Academiae Equestris, quae
Luneburgi floret, Primarium. Matrem vero ELISABETHAM
ex familia HORBIORVM ortam. Horum dilectissimorum Pa-
rentum praecipua fuit cura, ut ab ineunte statim aetate fun-
damenti fidei, iisque studiis, quorum infantilis aetas capax
est, imbueretur. Sed, quod dolet, matre in primis infantiae
annis satis cedente, Pater nunquam pietatis & obsequii cul-
tu satis depraedicans solam hanc curam suscipere fuit co-
actus. Mature itaque prima eruditionis rudimenta ex pri-
vatis praceptoribus hausit, adultior vero paululum factus
scholam Luneburgensem adire, collegiaque patris sui priva-
tissima styli, Historiae, juris Naturalis, & Institutionum fre-
quentare coepit, donec tandem & unicum illud solatium,
charissimus Pater vitam cum morte commutavit. Is au-
tem scientiis nutritus, quae ad vitam Academicam cum uti-
litate quadam trahendam requiruntur, anno MDCCXLIX,
fascies Academiae Jenensis tenente Magnifico ECKHARDO, al-
mam Salanam salutavit, ac civitati Academicae nomen de-
dit.

dit. Ibi Illustrrem Consiliarium Aulicum DARIUS in Logicis, metaphysicis, jure naturæ, exercitiis disputatoriis, Philosophia Morali, Politica tam privata, quam publica, pariter ac Mathesi pura & applicata summo cum fructu secutus est. Illustrrem Consiliarium Aulicum HAMBERGERVM in physicis, neque minus Illustrrem Consiliarium Ecclesiasticum WIDEBVRGIVM in Mathematicis præceptores veneratur. Ex Consultissimi MOTERI juris utriusque Doctoris Excellentissimi lectionibus Institutionum, Pandectarum, & exercitiis privatissimis Examinatoriis se summum cœpisse fructum publice proficitur, neque minus Illustrrem HELFELDIVM Professore juris Ordinarium in commentationibus privatis Pandectarum, Juris Feudalis, & Juris Publici non sine insigni emolumento audivisse asserit. Insuper Illustrrem Consiliarium Aulicum HEIMBURGIVM in prælectionibus relatoriis, Illustrremque Consiliarium Aulicum Buderum Jus Gentium, & Instrumentum Pacis Westphalica publice explicantem audivit. Sub manu ductione Excellentissimi, GNVGII, juris Doctoris Consultissimi Praxi operam dedit, neque minus eundem doctrinam de actionibus, & præcepta referendi solidissime explicantem auscultavit. Sic studiis fere absolutis, in patriam redux, per aliquot tempus in practicis exercitationibus, optima quævis subsidia subministrante Excellentissimo atque Consultissimo NIERERO, senatore atque Pratore in clyæ Civitatis Luneburgensis, Domino atque Fautore sibi nunquam non pie devenerando, multum operæ posuisse fateatur. Tandemque studiis suis, felicem impositurus finem Wetzlarium se contulit, ubi sub limam revocatis præceptis practicis, Collegium privatissimum, Excellentissimi, & Generosi Domini a BRAND Juris Licentiati & Advocati Camera Imperialis Meritissimi, in Ludolfi Commentationem, systematicam Juris Cameralis audivit, cujus prolixam in se voluntatem singulari observantia & devincto animo indefinenter se persecuturum esse asseverat. Tandem ut tali modo absoluto cum laude studio & studio Academico bravium sui laboris reportaret, ad Perantiquam nostram sese contulit Universitatem, atque Ordini nostro, se ad Academicos honores

nores aspirare, per literas aperuit, petiitque eâ, quâ decet, observantia, ad consuetum doctorandorum examen rigorosum, admitti, honestissimæ ejus petitioni ananere non dubitavimus. Communicavimus eidem pro more textus ex utroque jure elaborandos, quos solidè adeo & doctè enodavit, & ad quæstiones in ipso examine propositas tali ingenii facilitate, nec non memoriæ facilitate resolvit, ut unanimi consensu, gradu Licentiaturæ & si petierit suprema doctoratûs laurea coronari dignissimus judicatus, eique publica cathedra aperta fuerit, ex qua Proxima die sabbathi, quæ IX. Octobr. erit, lectionis cursoriæ loco *L. 18. C. famil. Erisc.* explanabit & disputationem inauguralem de materia in rubro nominata habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Dn. Universitatis Rector, Domini Proceres ac cives academici officiosè & perhumaniter invitantur. Publicatum sub Sigillo fauces Jurid. III. Octobr. M DCC LI.





Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle

3

006 771 165




VD 78





1751, 12

39



FACULTATIS JURIDICÆ
 IN ALMA ET PERANTIOVA VNIVERSITATE
 ERFORDIENSI
 DECANVS,
 HONR. WILHELMVS
 STRECKER, JCVTS,

REVERENDISSIMI AC CELCISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
 LIS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACULTATIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PRO-
 FESSOR PVBLICVS ORDINARIYS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
 PRIMARIVS ET STNDICVS,

AD
 VDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad L. 18. C. famil. Ercisc.

ET
 DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
 DE

FACTO ET LEGITIMO VSV DECI-
 NDI CASVS SECVNDVM AVGVMEN-
 TVM LEGIS, ET SPECIATIM DE APPLICATIONE
 LEGIS

2. Cod. de refoindenda vendit.

AD REMISSIONEM MERCEDIS CONDVCTORI
 CONCEDENDAM

A
 NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
 VGVSTO DAVIDE SCHWARTZ,


LVNEBVRGENSI,

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI
 AD DIEM IX. OCTOBRIS MDCC LI.

HORIS CONSVETIS HABENDAS,

LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.



ERFORDIÆ,
 is JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

De collectione